



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Vita Ioannis Berchmanni Flandro-Belgæ Religiosi Societatis Iesv**

**Cepari, Virgilio**

**Antverpiæ, 1630**

Patienter fert iniurias.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46083](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-46083)

vindicandi causâ. Admirabantur in eo omnes incredibilem morum cum insigni specie coniunctam suauitatem, modestiamque tantâ bonitate mixtam. Non dedignabantur iuuenes etiam nobilissimi cum eo cōsuetudinem contrahere: quinimò & honorabant, quantumuis natalium fortunarumque obscuritate inæqualem. Si fortè solutior sermo aliquis inter commilitones incidisset, atque ipse fortè interuenisset, statim aut silebatur, aut ipse pudore suffusus discedebat, perinde vt de Senensi Bernardino narratur. Puer quidam existit præter ceteros ad petulantiam educatus, qui conuitijs eum sæpiùs iniurijsque figebat: sed optimus Iuuenis postquam iniurias omnes summâ cum animi demissione tolerantiaque tulisset, nullâ vmquam responsione pueri procaciam fregit, nullas vmquam apud alios querelas deposuit.

*Morum  
suauitas  
Nobilium  
ei conciliat  
amorem.*

*Patienter  
fert iniurias.*

Initio sui ad Scholas Societatis accessus, omni statim contentione procurauit in Virginis beatissimæ Sodalitium admitti, in quod summo omnium consensu & approbatione relatus, mox insigni suâ industriâ, iucundissimaque consuetudine, quàm plurimos in eundem cœtum pellexit, non è suis modò commilitonibus, verùm etiam Seminarij publici alumni; aiebatque se illis affici præcipuo quodam amore, quos sciret Matri sanctissi-

*Procurat se  
referri in  
album So-  
dalitij Ma-  
riani.*

*Complures  
in eundem  
cœtum ad-  
ducit.*

ssimi-